

Monarchia Regum persarū
Darius histapsis



Xerxes



Artabanus



Artaxerxes



Democritus philosophus



Heraclitus



Darius histapsis filius quartus persarum rex anno septuagesimo captiuitatis: persis regnare cepit. Is cum alijs sex nobilibus Smerdim et patizetem magum ei fratrem trucidauit. Conuenerunt de regno persarum. Cuius equi sequenti die in ortu solis hynnitū ante regiam prius emitteret ille persarus rex habet. Darius Debaris stabularij sui solercia effecit: ut ante omnes hynnitū equi ei primo daret: quo facto: euestigio rex creatus est. Regno suscepto Atosam cambysis filiam duxit uxorem. Ex qua propter xersem etiā alios genuit filios. Dedit potestatem zorobabel ut iudeos in hierusalem reducere posset et vasa reddi iussit: et per edificatione templi viginti argenti talēta per singulos annos iudeis darent. Ideo templum edificarunt. Verū antequam e vita discederet egiptus ab eo defecit.

Xerxes darij ex Atosa filius quintus persarū rex: Centesimo quarto iudaice captiuitatis anno: persis regnare cepit. Et regnauit annis. 20. Is voluntatis p̄ne colendi deum israel: heres apparuit. Iudeis liberaliter vtens. Esdre sacerdoti amicissim⁹ crudelitatē et seuijie paterne successor. Recepta egipto que a patre defecerat cū vniuerse asie potiret: innumerabili exercitu grece bellū intulit. Athenas incendit: et infinitas strages dedit. Tandē leonide Spartanorū ducis solercia duob⁹ acceptis vulnerib⁹ fugiēs: qui pri⁹ mare nauib⁹ strauerat: in piscatoria scapha vix trepid⁹ aufugit. Et nō multa post ab Artabano ei⁹ prefecto spe regni potiundi interfectus est.

Artabanus sextus persarum rex persis regnare incipiens: regnauit mensibus septem. Qui per anno computantur: hic xerse rege trucidato: cum essent ei duo filij nomine Darius et Artaxerxes: Juniore in maioris necem sollicitauit: Affirmans illū prium obruncasse patrē. Magabus autē huius sceleris consci⁹: Artaxerse filio rem postea pdidit omnē. Is cōuocans omnes armatos: numerū militū recensurus: vbi Artaban⁹ inter eos astitisset: Artaxerxes se breuiorē simulat habere lorica m̄ deceret: iubens secus cōmutare. Quo nudato euestigio cū septez filijs eū transsodi iussit: atq; ita Artaxerxes egregi⁹ iuuenis cedē patris: necemq; fratris et seipm ab insidijs vindicauit.

Artaxerxes septimus persarum rex regnauit annis. 40. Hic omnium hominum pulcherrim⁹ fuit: sed tanta ei erat brachiorū longitudo vt genua contingeret: et propterea longimanus dicit⁹ est. Qui tributa persis p̄mus instituit. eo qd maximā impensaz auri atq; argenti in edificijs constituisset: vbi tributa et que exigebat recondere posset ad bene rei administrate monumentus. Et cum pacis auctor et conseruator haberet: Idcirco ab omnib⁹ amari promeruit. Esdras quoq; sacerdos et dei p̄pheta clarissimus elegantis memorie eius imperium insigne reddidit. Meenias quoq; eius et Darij pincerna fuit.

Democritus abderites philosophus per hoc t̄ps floruit: is primo quosdam magos caldeos audiēs: adhuc puer theologiam ac Astrologiam optime didicit: deinde vt Geometriam p̄ciperet in persidem et ad mare prexit: postq; etiam ad cognoscendas res diuinas in Caldeam athenasq; se trāstulit: vbi a nullo cognitus ipse Socrate cognouit. Tandē doctissimus in patriam reuersus: patrios agros et innumerabiles opes reipublice sue cōcessit. Satius dicens eum paupertate studiorum libertate letari: qd opum seruilī cura vexari. Nam in hortulo suo iuxta vrbis muros ad contemplandas rerum naturas se contraxit: vbi et nature secreta subtili⁹ rimari posset (sicut Cicero in quinto tuscul. questionū refert) Oculos sibi ipsi effodit vt vegetiores cogitationes haberet. Aut ne videret bene esse cūbus malis: vixit annos. c. et. 9. Ex eius sententijs hanc optimā habemus. Conuenientius est vt paritatem in tuo serues qd luxum in alieno: paritas em̄ necessitatis remedium est.

Heraclitus philosophus asianus cognomento Scotinus hoc tempe in precio fuit. Cui⁹ libri adeo obscuri fuere vt a philosophis vix intelligerentur. vnde et propter eorum obscuritatem heraclitus dictus fuit tenebrosus. Qui cum in vltimo vite a discipulis quereretur: vt notabile quid in medium p̄ferret. Nihil respondit: sed digitum voluēs significabat omnia inferiora in cōtinuo motu esse. Hic (vt Macrobius refert) dixit animam esse scintillam stellaris essentie.